Universitätsbibliothek Mannheim

# Svmma librorvm, qvos in omnibvs scientiis, ac nobilioribvs artibvs, variis lingvis conscriptos, vel antea nvnqvam divvlgatos, vel vtilissimis, et pvlcherrimis scholiis, correctionibvsqve illvstratos, ...

Accademia di Belle Arti <Venedig>

[Venezia], 1559

urn:nbn:de:bsz:180-digad-10253

Visual Library

# SVMMA LIBRORVM, QVOS IN OMNIBVS SCIENTIIS, AC NOBILIORIBVS ARTIBVS, VARIIS LINGVIS CONSCRIPTOS,

VEL ANTEA NVNQVAM DIVVLGATOS,

VEL VTILISSIMIS, ET PVLCHERRIMIS SCHOLIIS, CORRECTIONIBVSQVE ILLVSTRATOS,

IN LVCEM EMITTET

ACADEMIA VENETA.




IN ACADEMIA VENETA,

M. D. LIX.

SERENISS. PRINCIPI,
LAVRENTIO PRIOLO,
& illuſtriſſimæ Venetæ Nobilitati,
benigniſſimis patronis noſtris.

ADEO, qui & ſolum, & ſummum bonum eſt, initium Academia noſtra ſumpſit: ac fore confidimus, ut ab eodem in omne tempus regatur, & in ipſo omnia noſtra conſilia, omnes actiones, tanquam in eo fine, quò referenda ſunt omnia, terminentur, atque conquieſcant. certe enim à diuino lumine tam ſpecioſa rei excellentis imago mirabiliter eſt oblata menti, ac demonſtrata, clariſsimi uiri, Federici Baduarii, nobiliſsimi, & huius Sereniſsimæ Reip. amantiſsimi filii: cuius animo uirtutis amore incenſo, cuius eximia doctrina, maximarumq; rerum uſu ſingulari & cogitata res eſt, & ad exitum perducta: quippe cum intelligeret, inter ea, quæ ad uitam commode, tranquille, & cum dignitate peragendam aliquid conferunt, nihil eſſe proborum hominum, egregieq; eruditorum ſocietate præſtantius. cumq; mentis aciem longiſsime intendiſſet, perſpicueq; uidiſſet,

atque cognouiſſet eas cauſſas, unde manauit infirmitas Academiarum omnium, quæ hactenus inſtitutæ ſunt, quæ tantum id uidentur ſpectaſſe, ut ſuorum ſtudiorum conſuetudine fruerentur, de alieno fructu minimum laborarunt; noſtram ipſe Academiam formauit inſtitutis cum pietate primum Chriſtiana conſentientibus, deinde ſummam uirtutem ac dignitatẽ oſtendentibus, ita demum neceſſariis, ut huius præclari operis diuturnitas, & ea, quæ ab ipſo ſpectata in primis eſt, multorum ſæculorum æternitas poſtulat. Atque idem, ut commodo noſtro conſuleret, quotidieq́;, ut conſueuimus, ad uarios ſermones, uariasq́; de ſcientiis, atque artibus diſputationes conuenire poſſemus; commune omnibus atrium, & alia ſeparatim loca præcipuis cuiuſque doctrinæ profeſſoribus in ædibus ſuis attribuit, loquendi ordine ita inſtituto, ut alii, quemadmodum ſcientiarum dignitas exigit, ſermonem habeant, alii, ſi quid ambigant ad ea, quæ audierunt, proponant, poſtremo, quidquid in dubitationem uocatum eſt, atque omnis plane quæſtio, ſimul omnium ſententiis diſſoluatur. Accedit illud, quòd

non modo noſtra, uerum aliorum quoque ſcripta, tum antiqua, tum ætatis etiam noſtræ, legimus, & examinamus accurate, uel ad mores conformandos, uitamq́; noſtram neceſſariis, ac ſapientibus præceptis informandam, uel ad animos noſtros theſauro ſcientiarum, qui nobis quidem omnibus di uitiis potior eſt, locupletandos. Duæ præterea ſunt ordinis noſtri ſocietates: quarum alteri hæc mandata cura eſt, ut res familiares, ut typographiam, ut negocia tam pere grina, quàm urbana, quidquid denique à miniſtris Academiæ, preſertim in ratione pecuniaria, tractatur, ſummo ſtudio cognoſcat: altera uero id ſuſcepit muneris, ac ſuſtinet egregie, ut communem concordiam, & exiſtimationem tueatur, noſq́; ad utranque cohortetur; moneatq́;, tum quibus adiungi amicitia, ac ſocietate debeamus, tum etiam, quos reiici, aut remoueri à noſtra conſuetudine conueniat, habita ratione admodum diligenter, quæ cuiuſque conditio, quæ profeſsio, quæ etiam natio ſit; meritis etiam examinatis primum cuiuſque noſtrũ, deinde eorum, qui nobis operam præbent, nec tamen ordinis noſtri ſunt, ut ea erga

unum-

unumquenque beneuolentiæ, honoriſq; ſigna poſsimus oſtendere, quæ cuiuſque uirtus, aut dignitas, aut conditio requirit. quòd ſi uel nouæ leges ferendæ, uel inutiles abrogandæ ſunt, aut conſuetudines inducendæ commodo publico ſeruientes, aut amouendæ, quæ damnum illaturæ uideantur; his de rebus in noſtro conſilio grauiſsima, ac perattenta deliberatio eſt. His à principio inſtituta, & his aſsidue legibus utitur, ac regitur Academia noſtra; à quibus quemadmodũ uoluntates nunquam noſtræ diſsidebunt, ita conſentientes fore uoluntatibus actiones noſtras, magnopere confidimus. cuius rei teſtimonium ſatis apertum hæc librorũ à nobis edendorum, quam emittimus, afferet cõmemoratio: in qua, ut in te, Princeps optime, huiuſce maieſtas Reip. fulget, ſic patebunt, atque agnoſcẽtur eorum fructuum quaſi ſemina, quos & hactenus tulit, & latura in poſterum eſt Academia noſtra: quiq; primus omnium fuit, hũc Ser. tuæ, ſimulq; reliquæ Illuſtr. Nobilitati deferimus nunc, atque dicamus: idq; facimus adducti iudicio noſtro, impulſi beneficio ueſtro, quandoquidẽ fruimur quiete tranquilliſsima, atque tutiſsima,

omnibusq;

omnibusq́; cõmodis, quibus hæc uere à ſum mo Deo condita urbs mirabiliter affluit, & poſtulare à nobis hoc, multoq́; etiam præſtantiora uidentur præclaræ illæ, parũ exemplo cognitæ uirtutes, quæ in excelſa tua mente collocatæ dominantur affectibus humanis, & arcent omnem fortunæ uim, ipſæ per ſe illuſtres, conſpicuæ tamen aliquanto magis ex ea dignitate, qua nulla tibi maior à Veneta Nobilitate dari potuit, & ex ea religione, quam tu in uniuerſa tua uita, ab omni labe puram, integerrime coluiſti, quæq́; te ad tantum faſtigium extulit, eoq́; conſtituit in ſolio, ubi ſedes tu quidem iſto tanti imperii principatu inſignis, & clarus, uerum iis bonis, quæ in te ipſo ſunt, quæ tibi homines nõ dederunt, ſed accepiſti à Deo, accepiſti à te ipſo, admirandus, ac plane beatus. neque enim diiudicare facillimum eſt, utrum ſit ex tua dignitate lætitia maior uniuerſæ ciuitatis, quæ parentẽ, quæ Principem ſortita diuino munere talem ſit, an uero communem lætitiam tua gloria uincat, cum te principẽ creauerit, tuoq́; in omni re conſilio regatur tam antiqua, nec nullo unquam tempore deprauata Nobilitas. Cui quidem uniuerſæ, tibiq́;

tibiq́; ſumme Princeps, à benigniſsimo Deo ſecunda omnia precamur, id autem præter cetera, ut liberi ueſtri probitate quotidie magis, uirtuteq́; excellãt, poſsintq́; eximia ſua cum laude, quod ita fore confidimus, tot, ac tãtis præeſſe ciuitatibus, & prouinciis ueſtris habita ſemper ea iuſtitiæ, pietatisq́; erga Deum ratione, quæ tum apud illuſtriss. ac sereniss. maiores ueſtros, tũ apud te ipſum, omnemq́; Nobilitatem præcipua fuit, atque omnium rerum antiquiſsima: hanc autem florentem omni laude Remp. uelit idẽ Deus non, ut alias, ætate conſeneſcere, atque extingui, ſed eodem in ſtatu conſeruari, atque etiam augeri, non, ut ullo ſæculorum ſpatio terminetur, ſed ut annis innumerabilibus, perpetuumq́; Solis curſum æquantibus, eadem uigeat; nobis uero perficiendi ea, quæ laudabiliter & pie cogitamus, facultatem largiatur; poſtremo, cunctis, ſalutarem ſummi parentis legem obſeruantibus, eam pacis uſuram, quam huic maxime omnium inclytæ, ac florentiſsimæ ciuitati cum domeſtica ciuium concordia perpetuo fruendam conceſsit.

Ser. ueſtræ, ac Venetæ Nobilitatis ſtudioſiſsima clientela, Academia Veneta.

# SVMMA LIBRORVM ACADEMIAE VENETAE.

## THEOLOGIA

COmmentarius antea nunquam editus, in ſexdecim prophetas, inſigni doctrina, ac pietate.

De Prophetarum conſenſu libri tres. quorum primus, quod ad IESV CHRISTI, ſeruatoris noſtri, ortum, obitum, reditum ad uitam attinet, ſacros uates inter ſe mirifice conuenire oſtendit. Alter gentes à Deo ſibi aſcitas, Iudæos contra reiectos aperte declarat. Tertius regnum admirabile IESV CHRISTI, quod quidem ſpiritus, ac ueritatis regnum eſt, præclare demonſtrat.

Dauidis carmina de Hebræo expreſſa, una cum piis, præſtantiq; eruditione refertis commentariis.

Commentarius exquiſitus in Pſalmos Dauidis.

De ſanctiſsima Dauidis poeſi diſputatio: qua uates hic oſtenditur, tum in dicendis Deo opt. max. laudibus, tum in exprimendis affectibus iis, quibus animi, ueræ ſalutis cupiditate incenſi, affici ſolent, tanto ceteris poetis antecellere, quanto diuinus ille ſpiritus humano præſtat ingenio.

Vetus Teſtamentum cum utiliſſimis explanationibus, quibus ille ſub figurarum ænigmate reconditus ſenſus ante mentis oculos conſtituitur.

Vtrunque Teſtamentum, iuxta editionem à ſacroſancta Romana Eccleſia iampridem approbatam.

Sanctum IESV CHRISTI Euangelium cum noua

interpretatione, è celeberrimis quibuſque theologis collecta.

D. Pauli epiſtolæ de Græco expreſſæ, una cum ſanctiſſimis in eas, ac probatiſſimis tam Græcorum, quàm Latinorum interpretum explicationibus.

D. Auguſtini de ciuitate Dei libri duo & uiginti, è latino uerſi, ac piis explicationibus illuſtrati.

Ducentæ homiliæ ex uariis theologorum libris tum Græcis, tum Latinis collectæ: uariis item linguis expreſſæ, ut, qui maximus eſt Chriſtianæ doctrinæ fructus, cunctis gentibus communicetur.

Omnia Diui Thomæ Aquinatis opera in tomos digeſta, plurimis locis emendata.

Cathena aurea Græca, in quam concordes ueterum theologorum congeſtæ ſunt ſententiæ.

Pretioſa Cathena in pſalmos Dauidis quadraginta.

Anaſtaſii commentarius cum allegoriis in primos ſex dies illos, quibus eſt mundus à Deo opt. max. conditus; in duodecim conciones diſtributus.
Eiuſdem de diebus feſtis liber.

Diuerſorum in utrunque Teſtamentum commentarii perilluſtres, & legentibus admodum fructuoſi.

Diuerſorum in Salomonis prouerbia commentarii.

Diuerſorum in Iob commentarii.

Baſilii in Eſaiam commentarius.

Procopii commentarius in eundem.

Origenis opera à Magno Baſilio, & Gregorio Nazianzeno, quæ uiſa ſunt ipſis maxime pia, atque à Chriſtianorum dogmate minime diſſidentia, de plurimis ſelecta, atque in ſeptem & uiginti capita diſtributa, multis à mendis uindicata.

Maximi in Dionyſium Areopagitam commentarius.

Antiochi Pandectæ in tres & ſexaginta conciones diſpertitæ, quibus diuerſorum theologorum in diuina præcepta explicationes, unaq; omnium hæreſium reprehenſio continetur.

Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymitani tres & uiginti de fide conciones.

Theodoreti de Græcorum affectuum curatione libri duodecim: quorum primo de fide diſſeritur: ſecundo de principiis rerum: tertio de diis, ac dæmonibus: quarto de mundi materia: quinto de hominis natura: ſexto de diuina prouidentia: ſeptimo de ſacrificiis: octauo de martyrum honore: nono de legibus: decimo de ueris ſummi Dei oraculis, ac contra dæmonum falſis: undecimo de mundi fine, & ſupremo iudicio: duodecimo de ea uirtute, quæ in actione conſiſtit.

Idem in D. Pauli epiſtolas.

Idem in pſalmos Dauidis.

Eiuſdem in Salomonis cantica commentarius.

Diui Ioannis Chryſoſtomi opus, quod inſcribitur, Margaritæ.

Eiuſdem opus, quod inſcribitur, Andriantes.

D. Ephremi homiliæ.

Maximus de Chriſti myſteriis, ac confeſſione.

De ſpiritu Sancto diſputatio, e` ſacrarum literarum fontibus deducta.

Diſputatio aduerſus Turcas.

Diadochi abatis theologica quædam.

Ioannis Damaſceni theologia.

Athanaſius de unitate trinitatis.

Idem aduerſus Arrianos.

Diſputatio aduerſus Palamitas hæreticos.

Græci diuerſorum auctorum in D. Ioannis Euangelium commentarii.

Gregorius Nyſſenus in Geneſin.

Lactantius Firmianus è Latino in Italicum ſermonem conuerſus, ac doctis ſimul & amplis commentariis illuſtratus.

Procli theologia, è Græco in Latinum uerſa.

Dialogi quinque, non exigua pietate conſpicui, denuo emendati.

Vtrunque Teſtamentum, una cum commentariis regali papyro typis expreſſum.

Rau Alphes cum explanationibus, &, ut quæ ſequuntur, illuſtratus.

Rabbi Moſes Maimon cum expoſitionibus.

More Neuchin cum commentario.

Menorat Hamaor.

Ialcuth.

Arba Turrim.

Roſch Amona.

Zeuach Paſach.

Sepher Hemmitzuoth magni, atque parui.

Haliuoth Olam.

Rabbi Iacob.

Beth Iacob.

En Iacob.

Rabbi Bachaiai.

Zeror Hamor.

Bereſchith Raba.

Rabbi Salomo.

Par conſenſus.

# IVS CANONICVM

Tomus quartus iuris Can. corpori, in quo, qui ſequuntur, tractatus continentur, nuper adiectus.

Totius materiæ ſingulis titulis, uel rubricis appoſitæ tum per definitionem, tum uero per diuiſionem breui ratione collecta terminorum explanatio.

Dubitandi, atque decidendi ratio, omnibus capitibus, quæ ſunt innexa corpori, adiecta.

Practicæ obſeruatio, atque Romanæ curiæ, & aliarum, à canonicis inſtitutionibus excepta, in gratiæ ſimul, & iuſtitiæ materia, cum canonum notatione, & capitum.

Diuerſi ſenſus, atque interpretationes cuique Canoni in canonico corpore contento aſſignatæ; & è conſiliis ſimul & explanationibus, repetitionibus, atque utriuſque iuriſconſultorum è tractatibus congeſtæ in remiſſionis modum conſtitutæ.

Dictionarium, quo ſolum propria iuris Can. uerba comprehenduntur.

Conciliorum, atque apoſtolicarum conſtitutionum à Iulio ſecundo Pont. max. decretarum ad præſens uſque tempus compendium iuxta Canonum ordinem diſtributum.

Septem & uiginti diuerſorum utriuſque Iu. conſ. explanationes nuper in lucem editæ.

Alexander Nieuus Vicentinus in decretales inſtitutiones.

Ambroſius Vignatius in primum, & ſecundum decretalium librum.

Angelus Caſtrenſis in omnes decretalium libros.

Angelus Vbaldinus Peruſinus in decretalium quintum.

Bartholomæus Bellencinus in earum rerum titulum, quæ à præſulibus ſine capituli conſenſu factæ ſunt: & in uacantem ſedem apoſtolicam, inq; ferias: & quo ordine id cognoſcendum eſt, atque iudicandum in rem iudicatam, ac ſimul in quamplurimos titulos.

Bartholomæus Cepolla.

Benedictus Andreus Senenſis in primum, & ſecundum decretalium.

Benedictus Capra Peruſinus in decretalium primum, ſecundum, tertium, atque ſextum.

Cigion Epiſcopus Ilerdenſis in quartum decretalium.

Dominicus ſancti Geminiani in decretales inſtitutiones, totumq; decretum.

Franciſcus Manſuetus Peruſinus in primum, & ſecundum decretalium.

Iacobus Zoccus Ferrarienſis in decretalium primum, ſecundum, & quartum.

Idem in quartum decretalium, in ſponſalitiorum, matrimoniorum, & legitimæ materia.

Ioannes Cæſarinus in primum, ſecundum, & tertium decretalium.

Ioannes Fantutius Bononienſis in totius decreti librum, & in decretalium primum, & in decreti ſummam.

Ioannes Craſſius in totum decretum.

Ioan-

Ioannes Lignanus Mediolanenſis in decretalium primum, atque ſecundum, & in Clementinam.

Ioannes Riccius in decretalium primum, ſecundum, & tertium librum.

Gulielmus Durantes, Speculator appellatus, in ſextum decretalium librum.

Gulielmus de Monte Lauduno in Clementinam.

Hippolytus Marſilius in ſextum decretalium.

Hugo antiquus doctor in decretum.

Hugo Tienenſis in ſextum.

Lodriſius Criuellus Mediolanenſis in decretalium primum, atque ſecundum.

Marianus Socinus maior in decretalium quintum.

Martinus Lodenſis in primum decretalium.

Predocimus Continus Patauinus in ſecundum decretalium.

Simon Borſanus in Clementinam.

Theodoſius in decretalium tertium.

## Repertorium.

Recens repertorium generale, & deciſiuum, quo continetur eccleſiaſtici fori practica; ex diuerſis doctorum rotæ, atque fororum locis congeſtum; in alphabeti ſeriem digeſtum.

## Adductiones.

Adductionum liber in tomos plurimos diſtributus, atque ex quamplurimis nouis informationibus compoſitus; ſcriptis in uariis ætatibus ab egregiis patronis, conciſtorialibus doctoribus, & cauſi-

cauſidicis tam in ſuis cauſſis, quàm in fori Romani, & externi tractationibus: quibus adiuncta ſunt ſummaria ſimul cum repertoriis.

## Regulæ.

Apoſtolicæ cancellariæ regularum uolumen cum textu, & Alphonſi Sotti Hiſpani gloſſa, quarum ſingulis ſunt appoſitæ quæſtiones editæ, & non editæ Ludouici Gomeſii, & Caſſiodori, olim Auditorum Rotæ, una cum illis Caroli Molinei, omnibus mendis, & erratis diligenter purgatæ, omnes ſolerti ſtudio in nouum ordinem congeſtæ, cum ſummario, & repertorio.

## Tractatus, conſilia, deciſiones, & diſputationes.

Conſilia, deciſiones, & diſputationes una cum tractatibus congeſtæ, quarum mentio fiet in ordine ſecundo ſub legum ciuilium titulo; quò reiicimus lectorem.

## Repetitiones LXXXI.

In quamplurimos canones diuerſorum doctorum libri duo repetitionum, denuo emendati, & ad titulorum ordinem redacti, cum ſummariis, & repertoriis.

## LVI. Repetitiones in primum in decretales inſtitutiones librum.

Ioannes Calderinus in prooemium decretalium.

### De conſtitutionibus.

Boſcus Codeca in conſtitutionum titulum.
Petrus Ancaranus in primum conſtitutionum caput.
Abbas Siculus in caput, quod incipit, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ.
Iacobus Zoccus Ferrarienſis in caput, Cum cognoſcamus.
Ioannes Baptiſta Ferretus Vicentinus in caput, quod incipit, Cum omnes: & in alterum, Cum Marcus Ferrarienſis.

### De reſcriptis.

Ioannes Calderinus in caput, quod ſic incipit, Coram nobis retuliſti.
Idem in caput, quod incipit, Apoſtolicum mandatum.
Idem in illud, Ab excommunicato, qui eſt contra generalis concilii ſtatuta.

## De repetitione præſulum à ſuperiore per gratiam elegendorum.

Paulus Liazarus in caput, quod incipit, Etſi concorditer uota ueſtra concurrunt.

## De electione, & electi auctoritate.

Idem Paulus in hunc titulum.
Idem in caput, Nemo in Eccleſia, ubi duo, uel tres fuerint.
Ioannes Calderinus in idem caput ſuperioris tituli.
Idem in caput, Cum in antiqua lege.

## De Legati Pontificii munere.

Ioannes Riccius in hunc titulum, & in primum caput.

## De iudicibus.

Andreas Alciatus in primum caput de iudicibus.

## De competenti foro.

Abbas Siculus in caput, Si quis contra clericum.

## De ordine ſeruando in iudicibus.

Ioannes Calderinus in huius ordinis titulum.
Idem in eiuſdem tituli caput, quod incipit, Cum acce-

acceperim, quòd, cum mulier quædam in uirum ſuum quendam peteret.
Idem in caput, cuius eſt initium, quempiam de facto ſpoliaſſe.

## De poſſeſſi, & proprietatis cauſa.

Paulus Liazarus in hunc titulum.
Idem in caput, de officio Paſtorali.
Ioannes Calderinus in caput, Cum dilectus.

## De ſpoliatorum reſtitutione.

Paulus Liazarus in huius reſtitutionis titulum.
Idem in caput, In tuis literis.

## De fraude, & contumacia:

Idem Paulus in hunc titulum.
Idem in caput, quod incipit, Cum litibus finem imponere deſideremus, ne partes grauiter afficiantur.

## De iis, qui in iudicio fatentur.

Idem Paulus in horum titulum.
Idem auctor in caput, quod ſic incipit, Abbatis, & conuentus ſanctæ Mariæ nomine.

## De probandi ratione.

Paulus Liazarus in hunc titulum.

Idem in caput, Tertio fuit à nobis requiſitus.
Ioannes Calderinus in caput, Poſteaquam ceſſit.

## De teſtibus.

Paulus Liazarus in teſtium titulum.
Idem in caput, Cum nuncius.
Auctor in caput, Illius teſtimonium.

## De cogendis teſtibus.

Ioannes Calderinus in caput, De dilectis filiis.

## De fide habenda ſcripturis ſolennibus, & approbatis.

Andreas Barbazza in hunc titulum.

## De iureiurando.

Antonius Corſetus in hunc ipſum titulum.
Antonius Roſellus in caput, Cum interdum eueniat.

## De præſcriptionibus.

Petrus Vbaldus Peruſinus in caput, Si diligenti.

## De appellationibus.

Ioannes Calderinus in caput, Tuo nomine.

## De habitatione clerici ſimul cum mulieribus.

Ioannes Calderinus in caput, Tua pietas in Deum max. iudicauit.
Antonius Butrius in idem caput.

## De conceſſione præbendæ, & eccleſiæ non uacantis.

Ioannes Calderinus in caput, Cum ab aures noſtras peruenerit.
Idem in caput, Petiiſtis.

## De bonis eccleſiæ non alienandis.

Ioannes Calderinus in caput, Si quis presbyter, diaconus, uel defenſor.

## De donationibus.

Ioannes Calderinus in caput, Ob ingratum eius animum.

## De teſtamentis.

Matthæus Nerucius in eundem titulum.
Ioannes Crottus in caput, Rainucius.

## De accuſationibus.

Marianus Socinus maior in caput, Quo modo, & quando.

## De raptoribus, incendiariis, & eccleſiarum uiolatoribus.

Ioannes Calderinus in hunc titulum.

## De uſuris.

Ioannes Calderinus in caput, ſi nauiganti.

## De pœnitentia, & remiſſione.

Gaſpar Calderinus in caput, Reſponſione noſtra confirmari quæſiuiſti.
Antonius Roſellus in caput, Illud uero, quod nos conſuluiſti.
Iacobus Zoccus Ferrarienſis in caput, Fideliſſimus quiſque utriuſque ſexus.

## De regulis rationum.

Antonius Roſellus in caput, Cum in contemplationibus.

## Repetitiones XXV in decretum ſextum, & Clementinas.

Azzon in decreti titulum.
Baptiſta ſancti Blaſiii in hunc ipſum titulum.
Azzon in caput, Humanum genus diſtinctione prima.
Idem in ſecunda cauſa, prima quæſtione, in caput, In aliquem ſententiam proferre non poſſumus.
Idem in eadem cauſa, & quæſtione, in caput, Vt ſine iudicio.
Idem in caput, Eiuſdem igitur cauſæ, & quæſtionis.
Laurentius Rodulphus in cauſa duodecima, & ſecunda quæſtione, in caput, Sine aliqua exceptione decernimus.
Idem in ſextadecima cauſa, & prima quæſtione, in caput, Monachi.

### De conſtitutionibus in ſexto.

Ioannes Crottus de Monteferrato in harum conſtitutionum titulum.
Auctor in primum eiuſdem tituli caput.
Idem in caput, Vt animarum periculis caueatur.
Franciſcus Zabarella in idem.

### De reſcriptis in ſexto.

Ioannes Crottus in titulum.

Idem

Idem in primum eiuſdem tituli caput.

Alexander Antillus in caput, cuius eſt initium, Tibi qui in Biturecenſi eccleſia à nobis gratiam impetraſti.

Petrus Ancaranus in caput, Si ut æs alienum ſoluas.

## De competenti foro.

Iacobus Beluiſius in primum caput §. contrahentes.

## Quonam modo præſulum negligẽtiæ caueatur.

Antonius Corſettus in titulum.

## De conuentionibus.

Georgius Natta in caput, Etſi de conuentionibus.

## De teſtamentis.

Arnaldus Solerius in caput, Si pater.

Bartolus Sarcianus in idem.

## Clementinæ de officio ordinariorum.

Stephanus Auphrerus in Clementinam, quòd clerici.

## De iudiciis.

Ioannes Riccius in Clementinam, Pernicioſa litium mora.

## De uerborum ſignificatione.

Georgius Natta in Clementinam, Sæpenumero accidere ſolet.

Ioannes Riccius in eandem.

Metaphyſica

# METAPHYSICA

In Ariſtotelis Metaphyſica dialogus, in duodecim libros diſtributus, in quem doctiſſimorum, ac celeberrimorum; qui in ea commentarios ediderunt, Græcorum, Arabum, & Latinorum, congeſtæ ſunt ſententiæ.

In primum Metaphyſices librum diſputatio, nondum edita.

Metaphyſices liber duodecimus de Græco expreſſus, ac doctis commentariis illuſtratus.

Mercurii Triſmegiſti Pimander, & Aſclepius e` Græco in Latinum conuerſi una cum doctiſſimis, & ampliſſimis in eos commentariis, e` quibus facile colligitur, auctorem illum præſtantiſſimum proxime ad Moſis, Pythagoræ, Eudoxi, Platonis, aliorumq; doctrinam, & ſapientiam acceſſiſſe: atque ab eo uniuerſam ferme ueterum theologorum doctrinam defluxiſſe.

Iamblichus è Græco in Latinum uerſus, ac docta explanatione illuſtratus, à quo præter utilitatem, quæ ab Aegyptiorum, Chaldeorum, & Aſſyriorum myſteriis percipietur; ſumma etiam inde cognitio eius philoſophiæ, in qua Plato, ac Pythagoras in primis claruerunt, comparari poterit.

De ſumma Dei gloria libri quatuor, quorum primo de eius poteſtate, atque infinitate: ſecundo de eius ſapientia: tertio, an ipſe cauſa abſoluta dici poſſit: quarto de eius prouidentia diſſeritur.

De angelicis, & humanis mentibus libri tres, quorum primo quæritur, quid ſit mens, quorſum à

Deo creata, an uera ſit Auicennæ ſententia, mentes ipſas alteram ab altera pendere: ſecundo de angelicis mentibus, earumq; ſubſtantia, & operationibus diſputatur: tertio de hominis mente; quo loco ualidiſſimis argumentis animæ noſtræ probatur immortalitas.

Auguſtini Niphi philoſophi præſtantiſſimi de mente libri ſex.

Item tres de dæmonibus è Latino in Italicum ſermonem conuerſi.

Franciſci Georgii Veneti de Armonia mundi uolumen Italice redditum, ac multis in locis locupletatum additionibus.

Marſilii Ficini de animæ immortalitate Platonica theologia è Latino in Italicum ſermonem uerſa.

Syriani antiqui philoſophi Platonici in tres Ariſtotelis Metaphyſicorum libros commentarius, è Græca lingua in Latinam translatus.

Diuerſorum in omnia fere Platonis opera commentarii, latinitate donati.

Alexandri Aphrodiſienſis Metaphyſica.

Omnium Ariſtotelis index tabulæ, Græcus, Latinus, & Italicus.

# PHYSICA

De montium origine dialogus antehac nunquam editus.

Platonis Timæus, Phædo, Parmenides, Phædrus, e Græco in Italicum ſermonem uerſi, ac doctis commentariis illuſtrati.

De motu naturali diſputatio in quinque libros diſtributa: quorum primo de motu, ac mutatione in genere diſſeritur: ſecundo de alteratione: tertio de generatione, ac corruptione: quarto de incremento, & diminutione: quinto de motu locali, quo quidem in libro perſpicuum fit immerito Platonem ab Ariſtotele, primo de anima libro reprehendi.

De ueterum philoſophorum, qui de rerum natura tradiderunt ſententiis diſputatio, quas refellit Ariſtoteles, in tres libros diſtributa, quorum primo Parmenidis, Meliſſi, Heracliti, ac Democriti de rebus naturalibus ſententiæ aperiuntur: ſecundo, quidnam de rebus diuinis iidem ſenſerint, diſſeritur: tertio oſtenditur iniuria fortaſſe alicubi eorum uerba, alicubi uero & opiniones ab Ariſtotele reiici, eodemq; tempore eiuſdem argumentis reſpondetur.

Ariſtotelis Phyſica e Græco in Latinum uerſa, ac doctis commentariis explicata, quibus additæ ſunt ſententiæ celeberrimorum, qui in eam ſcripſerunt, interpretum, Arabum uidelicet, Græcorum, ac Latinorum.

In octo Ariſtotelis Phyſicorum libros Dialogus.

In octo Ariſtotelis Phyſicorum libros paraphraſis, in qua auctor Themiſtium in primis ſequens: atque in nonnullis ab illo diſſentiens, & aptiſſimis digreſſionibus utens, intima philoſophi ſenſa penitiſſime rimatur.

In quatuor Ariſtotelis de cælo libros paraphraſis, in qua auctor Simplicium maxime ſequens: atque in quibuſdam ab eo etiam diſſidens, & commode digrediens, quid philoſophus ſenſerit, facillime aperit.

In quatuor de cælo Ariſtotelis libros dialogus, in quatuor libros diſtributus.

In duos Ariſtotelis de generatione, & corruptione libros paraphraſis.

In eoſdem dialogus.

Peripateticorum, qui in tres Ariſtotelis de anima libros commentarios ſcripſerunt, comparatio, in qua perſpicuum fit, optime omnium philoſophi ſenſa à Themiſtio, Philopono, & Simplicio percepta, ac intellecti fuiſſe.

Paraphraſis in libros Ariſtotelis de anima.

In parua Ariſtotelis naturalia dialogus in X libros dſtributus, qui præter doctiſſimorum interpretum Themiſtii, Alexandri, & Michaelis Epheſii ſententias, aliorum etiam eruditiſſimorum hominum accuraras commentationes amplectitur.

In quatuor Ariſtotelis meteororum libros paraphraſis, in qua auctor Græcos interpretes in primis ſequens, atque in nonnullis ab iiſdem diſſentiens uarias addit obſeruationes.

Stobæus de rebus naturalibus & Græcus, & Latinus nuper emendatus.

Sextus

Sextus Empiricus uariæ, atque abſolutæ eruditionis è Græco in Latinum conuerſus.

Buccaferreæ in primum, & ſecundum Ariſtotelis phyſicorum librum, ac de cælo ſcholæ Patauinæ prælectiones.

In Ariſtotelis meteora eiuſdem commentarius.

M. Antonii Genuæ in Ariſtotelis de cælo, de anima, & phyſicorum libros ſcholæ Patauinæ.

De colorum natura, & eorum qualitate liber.

De metallorum natura, ac differentia liber.

De gemmis liber cum earum nominibus antiquis, ac recentibus.

Stephanus Alexandrinus de metallis, ac gemmis.

De ſomniis diſputationes.

Syneſius de ſomniis.

Dio de ſomniis, cum Nicephori commentariis.

Theodorus Metochita de philoſophorum ſententiis.

Idem in uniuerſam phyſicen.

Nouæ diſputationes de memoria, ac reminiſcentia.

De uita, & morte.

De quinque ſenſibus exterioribus.

De ſecunda, & aduerſa fortuna.

De uera pulchritudine.

Hemeſius de hominis natura.

In omnes Platonis libros latinæ definitiones, uel inſcriptiones.

# MEDICINA

Diſputationes in quoſdam Hippocratis, & Galeni libros, quæ ad percipiendam medicinæ cognitionem maxime neceſſariæ uidentur: in quibus primum de methodo in genere diſſeritur: deinde præcipua eorum morborum, quibus uniuerſum corpus humanum affici ſolet, curationem docetur: diuertitur cum trecentis, & amplius illuſtratis Hippocratis locis.

In Hippocratis librum de aere, locis, & aqua commentarius, ea philoſophia refertus, quæ præſtanti medico eſt in primis neceſſaria.

Paradoxon ad medicinam pertinens nullam febrim eſſe putridam præter peſtilentem, in qua ſanguinis miſſio nunquam fere eſt neceſſaria.

Literarum de medicina uolumen Italico ſermone conſcriptum, in quo inſunt conſilia, quæſtiones aliorum ſcriptorum, eorum, quæ ab aliis ſcripta ſunt, examinationes, aliaq; permulta eiuſmodi.

Omnia Montani Veronenſis opera ſuo priſtino nitori, ac ueritati reſtituta.

Galeni libellus ante hac nunquam editus.

Hippocratis aphoriſmorum interpretatio.

# ARITHMETICA

Diophantis Arithmetica Græca, & Latina nondum edita, cum maximi Planudis ſcholiis.

Ioannes Grammaticus in Nicomachi arithmeticen.

Simplicii commentarius in eandem.

Cleomedis arithmetica.

Tartaliæ arithmetica latine reddita, cum ſcholiis, & annotationibus.

Diſputatio in infinitum numerum, ubi aperte oſtenditur in infinitum numeros extendi poſſe, atque unumquodque corpus infinitos motus ad centrum ſuum habere poſſe, ſcientias quoque demonſtratiuas habere infinitas propoſitiones.

Centum uiginti ſeptem naturales propoſitiones noua quadam numerorum ratione demonſtratæ.

Arithmeticæ demonſtrationes ex VII, VIII, ac IX Euclidis libro, commentariis, numerorumq; exemplis illuſtratæ.

# GEOMETRIA

Serenus de Cylindro Græcus, & Latinus.

Archimedis libri duo, de iis, quæ in aquis ſupernatant, latine redditi; quorum alter editionem priorem longo poſt ſe interuallo relinquit, alter uero nondum eſt impreſſus.

Papæ Alexandrini Mathematices collectanea Græca, & Latina.

Euclidis è Græco in Italicum ſermonem uerſus una cum plurimis in eundem annotationibus.

Ioannes de Monte regio de triangulis in Italicum ſermonem translatus.

Ioannes Stoflerinus de Aſtrolabio Italicæ redditus cum geometricis demonſtrationibus.

Tartaliæ geometria uariis linguis expreſſa.

In Procli Eucliden libri quatuor latinitate donati.

Apollonii Pergæi Conicorum liber, cum Eutocii Aſcalonitæ commentariis nuper conuerſus.

Apollonius Pergæus emendatus, ac commentariis illuſtratus.

Archimedes cum commentariis.

Vitellio emendatus.

Omnes geometricæ propoſitiones à uariis auctoribus approbatæ, quibus aduerſarius ad impoſſibile deducitur: nunc euidentiſſime demonſtratæ.

# PERSPECTIVA

Ptolomæi perſpectiua ex Arabico in Latinum uerſa, nondum edita.

Allhaceni perſpectiua ex Arabico in Latinum nuper uerſa, ex quo libro magnam doctrinæ ſuæ partem Vitellio decerpſit.

Rogerii Bacconis perſpectiua Latina, & recens.

Euclidis perſpectiua, aliaq; eiuſdem argumenti proxime uerſa.

# MVSICA

Ptolomæi Muſices Theorice græca nondum impreſſa, cum latina interpretatione, & Porphyrii commentariis.

Cantus liber nouus theoricus.

Ptolomæus de harmonia cum Porphyrii commentariis græcus, & latinus recens factus.

Ariſtidis Quintiliani muſica.

In Ptolomæi muſicen Ariſtidis explicatio.

Euclidis Muſice.

Ludouici Folliani muſices theorice è latino in italicum ſermonem uerſa cum quibuſdam annotatiobus ad confirmandam auctoris ſententiam.

Iacobi Fabri muſice demonſtrationes italico ſermone expreſſæ.

Diſputatio in qua per demonſtrationem oſtenditur, an Muſice à Geometria, uel Arithmetica pendeat.

Qualitates, & circunſtantiæ, quibus uti debet is, qui muſicos cuiuſque generis concentus uelit componere, ubi perſpicuum fit, quantum poſſe interſecationem illam interuallorum chromaticorum, atque enharmonicorum in genere diatonico.

Mundi harmonia, è qua colligitur, qui ſoni muſici de ſphærarum cæleſtium conuerſione, atque itidem de reliquis naturalibus procedere ſoleant.

# ASTROLOGIA

Autolici libri duo, alter quidem de ſphæra mobili, alter uero de ortu, & occaſu ſignorum neuter adhuc græce, aut latine editus.

Euclydis Phænomena, è græco in latinum recens, ac fideliter uerſa.

Theodoſii de ſphæra liber latine redditus.

Theodorus Metochita.

Opera Albategni, Hylec, & Alcochoden.

Tabulæ directionum Alì.

Iſaacci Argentarii de ſolis, ac lunæ orbibus diſciplina, rationi maxime conſentanea.

De uariis, quæ ad aſtrologiam pertinent, explicatæ ſententiæ.

In Ptolomæi Quadrupartita commentarius.

Eiuſdem Almageſti epitomæ

Gregoras, & Philoponus de aſtrolabio.

# GEOGRAPHIA

Recens geographia, in qua deſcripta eſt uniuerſa terra, & mare, dehinc ſingulæ prouinciæ, tum quæ ad orientem, quæq; ad occidentem, tum quæ ad ſeptentrionem, & meridiem uergunt, una cum regionibus, urbibus, montibus, & fluuiis, quibus addita ſunt nomina tum uetera, tum recentia cum parallelis, & gradibus; opus multo amplius, & aptiore digeſtum ordine, quàm ea, quæ & ab antiquis, & à recentioribus conſcripta ſunt.

Dictionarium, quo continentur omnes prouinciæ, urbes, oppida, montes, nemora, maria, flumina, lacus, riui, fontes, aliaq; eiuſdem argumenti latine, & italice conſcripta.

Vniuerſalis deſcriptio totius ueteris, & nouæ Germaniæ, cum diuiſione ſingularum prouinciarum, ac regionum.

Accurata deſcriptio prouinciarum, ac regnorum Catholici regis, uidelicet Hiſpaniarum, Indiarum, Sardiniæ, Maioricæ, Minoricæ, Siciliæ, Neapolis, Mediolani, atque inferioris Germaniæ.

Deſcriptio eiuſdem modi regni Galliarum, cum nominibus recentioribus Gallicis, & Italicis.

Inſulæ utriuſque maris Italici.

Accurata, ac diligens deſcriptio Britanniæ, & Scotiæ.

Vniuerſalis deſcriptio omnium prouinciarum, quibus Turcarum Imperator hodie dominatur.

Omnes portus nauigationum, quæ fiunt tum in mari Mediterraneo, tum etiam in Oceano.

Portus urbium Germaniæ maritimarum.

Ptolomæus cum tabulis multo fidelius, & copioſius deſcriptis, quàm quæ hactenus prodierunt.

Strabo cum tabulis ad earum ſimilitudinem, quæ Ptolomæo addantur, Europæ, Africæ, & Aſiæ cum prouinciis, regionibus, oppidis, montibus, & fluuiis, nominibus ſuis tam antiquis, quàm nouis expreſſis cum climatibus, parallelis, & gradibus.

Solinus cum eiuſdem modi tabulis.

Theodoſius de habitatione.

Liber de diebus, ac noctibus de Græco expreſſus.

# MILITIA

Quæſtio quid ſit bellum, quibus ue de cauſis inſtitutum, deinde quæ partes ſint boni Imperatoris, ac præfecti, legati, & militis, cum ratione caſtrametandi, leues pugnas conſerendi, & tota acie dimicandi, oppugnandi etiam, & tuendi cuiuſlibet loci.

Diſputatio de præcipuis, & neceſſariis inſtrumentis bellicis cum nonnullis tum lædendum, tum ad defendendum præceptis.

Nouæ & ualde utiles obſeruationes ad comparandam annonam, eaque omnia, quæ ad urbem ab hoſtium impetu tuendam poſsint conducere.

Obſeruati ordines in bello tam à ducibus, quàm à militibus Germanis: & eorum armandi conſuetudo.

Equitum, ac peditum germanorum numerus uariis imperatoriis comitiis rogatus ad imperii, & totius Germaniæ defenſionem aduerſus Turcarum Imperatorem, alios ue principes ipſi aduerſantes.

Diſputatio de Heluetiorum, ac Phriſiorum reipublicæ adminiſtratione, fœderibus, & militia, qua perſpicuum fit, quamproxime ad Macedonum phalangis inſtruendæ rationem accedant.

Claſſium numerus, & ordo, quæ in oris Germaniæ, Belgicæ, & Britanniæ maritimis armari ſolent, cum earum differentiis, perſonis, & inſtrumentis militiæ naualis.

Diſputatio de ueteri, & recenti militia, ubi quæritur, quid inter ſe ambæ ob temporum mutationem diffe-

differant: deinde oſtenditur quantum adiumenti adferat ueteris militiæ cognitio iis, qui hac ætate bellicarum artium ſtudio uerſantur.

Dialogus de perfecto imperatore in quatuor libros diſtributus, quorum primo quæſtio eſt an ei neceſſaria ſint literarum, & ſcientiarum ſtudia ad intelligendas bellicorum effectuum cauſas, an practicæ tantum, & militaribus ſtudiis incumbendum ſit: ſecundo explicatur, quænam artes, & ſcientiæ in rem ipſius potiſſimum ſint quinque auctores de iis optime omnium ſcripſerint: tertio diſſeritur quibus corporis exercitationibus danda ſit opera, & quibuſnam artibus ad hunc finem perueniri poſſit: quarto continentur permulta artificia, quibus illi utendum eſt iuxta occaſiones, cum diſputatione in fine addita eorum, qui optime omnium de re militari ſcripſerunt.

Mirandulæ Caſertæ epiſcopi, de honore libri ſeptem, in quibus de duello potiſſimum agitur.

Inſignium uictoriarum & ueterum, & recentium cauſæ.

Onoſander Platonicus de optimo imperatore accurate de Græco in uarias linguas conuerſus cum ueterum, & recentium imperatorum exemplis quibus auctoris ars locis ſuis probatur.

Flauius Vegetius de re militari ſummo ſtudio uerſus, addita figurarum iuxta ueram, ac ueterem formam deſcriptione.

Sextus Iulius Frontinus de ſtratagematis è latino in uarias linguas conuerſus.

Athenæus de inſtrumentis, & machinis bellicis, cum plurimis figuris.

Tartalia

Tartalia auctor utiliſsimus de permultis rebus ad artem militarem ætatis noſtræ pertinentibus in uarias linguas conuerſus.

# IVS CIVILE

Iuris ciuilis corpori ſextus tomus adiectus, in duodecim tractatus diſpertitns.

Vniuerſæ materiæ tum per definitionem, tum uero per cuiuſque tituli, uel rubricæ diuiſionem termi norum explanatio.

Dubitandi, atque decidendi ratio cum omnibus legibus, quæ in iuris ciuilis corpore continentur.

Conſilia hinc inde excellentiſsimorum doctorum ſuper pluribus caſibus deciſis cum dubiis & ſolutionibus dubiorum hinc inde datis, & cum ſententiis prolatis uſque ad numerum quinquaginta, quæ conſtituerit integrum corpus conſiliorum, cum multæ ſint cauſſæ, in quibus adſint hinc inde ultra decem excellentiſsimorum doctorum conſilia: & ex quibus ſuper unoquoque caſu uera deciſio colligitur, & inter alios eſt caſus nouiſs. impreſſus per Socinum conſ xlvi. uolu. iii. cum quo Alciatus, Catus, Lelius Taurellus, Ioannes Ronghegallus, Boncompagnus Bononienſis, Rota Florentina, & alii excellentiſsimi concurrunt, & addendo ſe ſubſcribunt, & ſententia lata comprobatur omnium ueritas, quod idem & in aliis eſt.

Quæſtiones diuerſorum ultra ccc.

Annotationes diuerſæ in legem quamlibet citra illas Alciati, Budei, & aliorum, quæ typis impreſsæ ſunt. in legem quamlibet interpretationes ab antiquis iureconſultis literis expreſſæ, quos ſeriatim ſingulos cuique legere licebit, ut ſunt

Oldradus
Iacobus Arena
Andreas Piſanus
Riccardus Malombr-
Dynus
Guido Suzzarius
IacobusRauanus
Gulielmus Cuneius
Petrus Bellapertica
Cynus
Iacobus Butrigarius
Martinus Sillimanus
Ranerius Foroliuienſis
Iacobus Beluiſius
Gabriel Oſelettus
Franciſcus Ramponus
Odoffredus

Veterum Iuriſconſultorum elocutionis generalis obſeruatio in quinquaginta digeſtorum libris contempta, hactenus non cuiquam perſpecta, in alphabeti ordinem diſtributa.

Senſus, & intelligentiæ, quæ cuique legi à toto corpore ciuili amplexæ, uarie ſunt expoſitæ, una ex diuerſis Iuriſconſultorum locis congeſtæ tum in conſiliis, tum uero lectionibus, repetitionibus, atque tractatibus, & breuiter per remiſſionem conſtitutæ.

Omnes Broccardi Pileii, & Azzonis ueterum interpretum, Petrus Bellapertica, Damaſus, & Bartholomæus Brixienſis, cum ſuis explanationibus, & concordantiis in locos communes acti, atque congeſti.

Vniuerſa legalis ſcientiæ genera, quæ ſunt maximæ propoſitiones in alphabetum conſtituta, cum ſuis expoſitionibus.

Conſtitutiones Federici, & Theodoſii imperatorum, quæ ſunt extra iuris ciuilis corpora cum ſuis interpretationibus.

Iuris ciuilis, legumq; abbreuiationes nuper è græco in latinum conuerſæ.

## Iuris ciuilis explanationes non amplius in lucem editæ.

Auguſtinus Bonfranciſcus in infortiati ff. noui ſecundam.

Ambroſius Oppizzonus in titulum ſubſtitutionum, pupillis, & aliis factarum.

Ambroſius Vignatus in primam codicis.

Andreas Barutus in tres codicis libros.

Andreas Maricunda in primam infortiati.

Angelus Aretinus in i. ff. uetus, & nouum.

Angelus Vbaldus iunior in codicis ſecundam.

Antonius Alexander in ſecundam ff. ueteris, & primam codicis, & infortiati.

Antonius Palmerius in ſecundam ff. ueteris.

Baptiſta ſancti Blaſii in actionum, & publicorum iudiciorum titulos.

Baptiſta ſancti Petri in primam ff. ueteris, & codicis.

Benedictus Barſius Peruſinus in primam ff. ueteris.

Campegii explanationes ſuper C.

Cynus in codicem cum Ranerii additionibus.

Cato Saccus in prima, & in ſecunda ff. uet.

Dionyſius Peruſinus in primam ff. ueteris, & in titulum, De re iudicata.

Dynus Mugellus in i. ff. infortiati, & digeſti.

Florianus ſancti Petri in codicem.

Franciſcus Capidiliſta in codicem, & in titulum, Rerum mutuo datarum.

Franciſcus Curtius ſenior in primam, & ſecundam codicis.

Franciſcus Sæua in ſecundam codicis.

Franciſcus Ramponus Bononienſis in primum, ſecundum, tertium, & quintum codicis.

Gaſpar Arengheria in primam digeſti ueteris.

Gabriel Oſelettus in codicem, uſque ad titulum, qui incipit, De ſuis, & legitimis hæredibus, ubi ſunt aliæ additiones ueterum doctorum.

Iacobus Arena in digeſtum nouum.

Iacobus Beluiſius in totum corpus iuris ciuilis.

Iacobus Puteus in primam infortiati, & primam, & ſecundam digeſti noui.

Iacobus Butrigarius in ff. no. & in i. ff. uet.

Iacobus Butrigarius in ff.

Ioannes Capidiliſta in primam, & ſecundam codicis.

Ioannes Copula in primam codicis.

Ioannes Graſſius in primam, & ſecundam ff. ueteris, & noui, & in primam codicis.

Ioannes de monte Sperello, alias Petrus Peruſinus in codicem.

Ioannes Puteus in titulum, acquirendarum poſſeſſionum.

Ioannes Riminaldus in ſecundam ff. ueteris.
Ioannes Blanoſchus antiquiſſimus in titulum, Actio num inſtitutionum emendatum.
Hieronymus Tortus Papienſis in primam, & ſecundam codicis, & in primam ff. noui, & in infortiatum.
Gulielmus Cuneus in ff. uetus.
Hippolytus Riminaldus in ſecundam codicis.
Laomedon Sacratus in inſtitutiones.
Martinus Lodenſis in primam ff. ueteris.
Martinus Sublimanus in primam C.
Nicolaus Spinellus Neapolitanus in infortiatum.
Pauli Caſtrenſis explanationes duæ Patauii, quarum una eſt in ſecundam ff. ueteris, & altera in primam noui.
Petrus de Allegiis Cremonenſis ſuper C.
Petri Parpaliæ explanatio.
Petrus Blancus in codicem.
Raymundi de Salgues ſecreta decretorum.
Ranerius Foroliuienſis in codicem.
Raynaldus Foroliuienſis in ff. uet. & inf. & aliæ rep.
Syluester Landus in inſtitutiones.
Vincentius Palleotus in ff. uetus, & in codicem.

## Repertoria.

Recens, atque generale repertorium, & deciſiuum, quo legales ſcientiæ materiæ comprehenduntur, in plures tomos diſtinctus, & in alphabetum conſtitutus non modo ab explanationibus, repetitionibus, conſiliis, atque Iureconſultorum tractatibus congeſtum; ſed etiam à ceteris repertoriis, quibus

quibus hactenus quiſque uſus eſt,& preſertim ab eo, quod Ioannes Firmanus compoſuit.

Antonius Corſettus in Abbatem.

Antonius Pratenſis in Bartolum.

Celſus Diſſutus in Felynum.

Ioannes Milus.

Mathæus Vicus Maceratenſis.

Ludouicus Cortuſus Patauinus.

Arnoldus Tiricus Orlandus.

Et hos citra ab infraſcriptis, qui nullius adhuc nominis fuere, ſcilicet

Angelus Peruſinus.

Ioannes Calderinus.

Gaſpar Calderinus.

Antonius Butrius.

Antonius Gentilis.

Salutius Peruſinus.

Bartholomæus è colle uallis Elſæ.

## Deciſiones.

